Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



116 123

Alla Paschalia uiu sequeciu Hec est sancta solempnitas solempnitatiu Fulgida triumpho xpi Qua deuicit impiu Male potens diabolu Suo nos preciosi sanguine Suus de potestate eruens Redempti ergo gratias agamus uero redemptori Rex regiu xpe cui angelorum chori iugiter famulantur Vultu placato homines in tuis laudibus sedulos pius intuere Quorum mortibus adolens in tantu humilis factus es ut morte subiceres Vt deiectis inferni legibus resurgens triumphas Vt post crucem per orbem gentibus impas omnis filius dei. Sequencia alia dmcal. di re nouacio folio 341.

Ite Cum esset sero die illo secundum Johannem una sabbatorum: et foris ceunt clause ubi erant discipuli congregati propter metum iudeorum: uenit iesus et stetit in medio et dixit eis Pax uobis Et cum hoc dixisset: ostendit eis manus et latus Gauisi sunt ergo discipuli: uiso domino Dixit ergo eis iterum Pax uobis Sicut misit me pater: et ego mitto uos Hoc cum dixisset: insufflauit et dixit eis Accipite spiritum sanctum Quorum remiseritis peccata: remittentur eis: et quorum retinueritis retenta sunt Thomas autem unus de duodecim qui dicitur didimus non erat cum eis quando uenit iesus Dixerunt ergo ei alii discipuli Vidimus dominum ille autem dixit eis Nisi uidero in manibus eius fixuram clauorum et mittam digitum meum in locum clauorum: et mittam manum meam in latus eius: non credam Et post dies octo: iterum erant discipuli eius intus: et thomas cum eis Venit iesus ianuis clausis et stetit in medio et dixit Pax uobis Deinde dixit thome Inferre digitum tuum huc et uide manus meas. et affer manum tuam et mitte in latus meum: et noli esse incredulus sed fidelis Respondit thomas